



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 30. Suppetiæ Catholicis allatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII A. C. 1601. Præfecto: Tanta utrinque machinarum
 ginta ex hostibus, occisoque eorum
 vi fuit certatum, ut intra viginti die-
 rum spatium quinguagies mille in ur-
 bem, vicies mille globi ex urbe in ca-
 stra contorti ferantur, simulque tot e-
 recta fuere munimenta, ut magis ca-
 stra castris opposita, quam urbs ob-
 fessa videretur.

§. XXX.

*Suppetiæ Catholicis allatæ.**Grotius l. c.*

Haud multum temporis interfluebat
 cum Ostendani rursus eruptione
 facta Catholicos aggressi essent, itidem
 ab his repulsi. Interea vero strenue in
 bellica opera incumbere Herenbergius
 Comes, qui, ut aditum Fœderatorum
 navigiis intercluderet, nova arte ag-
 gerem juxta mare construere aggredie-
 batur: ramalium enim fascies in pedes
 viginti longi coctis lateribus infereban-
 tur, ut suo pondere irruentibus undis
 obfisterent, sicque valide religati alius
 super alium congerebantur, ut in al-
 tum aggerem confurgerent, in quo lo-
 cata belli tormenta portus veteris usum
 Fœderatis navibus interdicebant: tum
 vero potius cum mari, quam hoste lu-
 ctandum erat; quippe maritimi æstus
 tempore fluctus tanto impetu in oppo-
 sitam

fitam molem impingebant, ut eam aut solo æquarent, aut inutilem redderent, cui ad iniquitatis cumulum accedebat obfessorum, in continuas neces intenta sollicitudo, qua denso glandium imbre in structores detonabant: nec tamen obfirmatam obsidentium pertinaciam superare poterant cuncta hæc obstacula, quo minus absoluto aggere hostifus annonam aliaque necessaria advehendi opportunitas demeretur; haud parum quoque operariorum ardor ex adventu recentis militiæ crescebat; quippe ex Italia quædam Legiones ductore Theodoro Comite Trivultio præter Hispana vexilla sub Joannis Bracamontii imperio ad obsidionem accesserant, quibus Carolus Longovallius Bucquoius Comes cum suo Vallonum Legione, necnon Barlæmontius Comes cum septem Germanorum signis adjungebantur: His suppetiis firmatus Archidux Albertinum propugnaculum aggeribus, viisque subterraneis muniri iussit, quo in opere Catholicorum plurimi periire, hoste sine intermissione eos globis ignitis infestante: promotum tamen opere mox cujusdam aggeris, quem hostes ad impetum crescentis æstus coercendum olim construxerant, beneficio usi, ad vicinum oppidi propugnaculum progrediebantur: detecto au-

Sæc. XVII.
A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601. tem obsidentium consilio Oppidani die
 decima quinta Augusti nocturno tem-
 pore pluribus in locis aggerem perre-
 perunt. Altera ex parte Bucquojus
 Bredanæ munimentum adversus ho-
 stium eruptiones frequentesque navium
 appulsus firmare aggreditur: ast cum
 ingens esset loci distantia, proin lon-
 ginq̄ & incerti globorum jactus, hinc
 horis omnibus naves quamplurimæ
 prorsus innoxie appellebant, tam rare
 damni periculo, ut ingens hominum
 multitudo sola spectandi cupidine ad-
 vectaretur, ac inter exteros Principes
 præcipue Uricus Dux Holsatiæ Chris-
 tiani Daniæ Regis frater, & ex Angliâ
 Cassalius Notumbriæ Comes otiose
 munitiones omnes non sine magna mi-
 litaris ingenii admiratione Instrarent.
 Nihilominus Bucquojus errore hoc feli-
 citer emendato propugnaculum mari
 vicinius exstruxit, unde inuenta ho-
 stium navigia sine certi exitii periculo
 aditum ad urbem tentare haud pote-
 rant: prætera Archidux exstructo a Fœ-
 deratis securiori receptui confestim ea ex
 parte novum aggerem opponi curabat.

§. XXXI.

*Impressio in urbem a Catholicis in-
 cassum facta.*

Rebus